Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



antequam dr dicere fiat lux. & antequam diuider inter
lucem & tenebras. secundum quod sermonis ordo declarat;
Verum quoniam in subsequentibus firmamentum iubet fieri. &
hoc caelum appellat. Cum ad ipsum locum uenerimus. inibi
differentiae ratio caeli firmamentique dicetur. Cur quia
firmamentum appellatum sit caelum. Nunc autem ait. Te
nebrae erant super abyssum; Quae e. abyssus. Illa animi
rum. in qua erat diabolus. & angeli eius. Denique. & hoc
manifestissime. & in euangelio designatur. cum dicitur
de saluatore; & rogabant eum daemonia quae eiciebat.
ne iuberet eos ire in abyssum. Propterea ergo dr soluit
tenebras. Dicente scriptura. Et dixit dr; fiat lux;
& facta e lux; & uidit dr lucem. quia bona e. & diuisit
dr inter medium lucis. & inter medium tenebrarum. & uo
cauit dr lucem diem & tenebras uocauit noctem. Et fac
tum e uespere. & factum e mane dies unum; Secundum
litteram dr & lucem uocauit diem. & tenebras noctem.
Secundum spiritalem uero intellegentiam. uideamus quid
sit. Quod cum dr in initio illo quo superius diximus
fecerit caelum & terram. Dixerit quoque. ut lux fiat. &
& diuiserit inter medium lucis & tenebrarum. & uocauerit
lucem die & tenebras nocte. & dixerit. quia factum e
uespere. & factum e mane. Non dixit dies prima.